



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

48. An regul. includa[n]tur in prohibitione Episcopali ne aliquis exorcizet  
sine Episcopi licentia, & cum certis conditionibus? Et an vero Episcopus in  
ordine ad Clericos possit multas restrictiones ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

# De Dubiis Regularium. Res XLVI &c. 33

citato, citat Doctores, quos ego adduxi \* in resol. 76.

\* Que hic de dubiis Regularium.  
6. Verum quod Episcopus non possit punire Religiosos, sicut gulares quoad Censuras, ego docui vbi supra, & doctores. Et pro certezza in summa, tom. 1. cap. 11. num. 14. & iterum in summa tenet contra Bordonum cum nostro Padre de Bellis, licet ab ipso dissentiam quoad alias poenas; & ideo non grauabor hic apponere verba Villalobos in summa, tom. 2. tractatu 35. diff. ult. 5. num. 17. vbi sic ait: [Dizen Hoftiensis, è Ancharrano, Dominicu, & otros, que podra el Obispo depoer los Religiosos, ó rechazarlos en Monasterios mas estrechos, ó castigárlos por otra via, mas no puede ponerles censuras, porque tiene coartada su potestad quanto à esto, y si las pusiere seran nullas.] Ita Villalob. & ego.

## RESOL. XLVI.

An Episcopus habeat jurisdictionem in Regulares exemptiones, quando esset in possessione judicandi illorum? Ex p. 3. tract. 2. Ref. 134.

§. 1. V idetur respondendum affirmativè, nam in tali casu apparet eos renunciasse priuilegio exemptionis; & ita tenet Triuifanus lib. 1. decif. 36. num. 2. Capra reg. 84. n. 21. Cucchus in inf. can. lib. 1. tit. num. 6. & seqq. cum aliis.  
2. Sed ego contraria sententiam teneo, quia exemptus sine licentia Summi Pontificis non potest exemptioni etiam expressè renunciare: ergo multo minus tacitè, vt est in casu nostro. Et ita fuisse refutatum in vna Villalobensis Monasterij, die 19. Novembris 1625. coram Illustr. Coccino testator Barbosa de potest. Episo. part. 3. allegat. 105. n. 76. & ita nostram sententiam tenet Hieron. Rodriq. in compend. Regul. resol. 63. num. 13. & alij penes ipsum.

## RESOL. XLVII.

An Episcopus vigore Concilij Tridentini less. 25. c. 14. possit carcerare Regularē notoriè delinquentem, & contra illum processum formare, ut postea remittat suo Superiori, ut illum puniat? Ex p. 3. tract. 2. Ref. 132.

§. 1. R espondeo negativè, & ita docet Villalobos in sum. tom. 2. tract. 33. diff. 4. num. 5. vbi sic ait: [Estan sujetos los Religiosos a los Obispos quanto a la corrección del Religioso, que mora en don de su Convento, y comete delito escandaloso, fuera, del qual dice el Concilio.] Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra Monasterij degit, & extra ea notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit Episcopo instant, a suo Superiori intra tempus ab Episcopo prefegundam, faverè punitur, ac de positione Episcopam certioriter faciat, fin minus, a suo Superiori officio punitur, & delinquens ab Episcopo puniatur. [Y note se la palabra notoriè, que si no lo es, no podra el Obispo entremeterse en ello, y aunque lo sea, no le ha de poner el Obispo en su carcel, sino remitirle luego al Superior, aunque no haga instanciā en ellos, como declararon los Cardinales; mas si se temiere fuga del Religioso, puede el Ordinario prenderle, y remitirle luego à su Prelado.] Hæc Villalobos.

2. Verum Piascius in praxi Episo. part. 2. cap. 3. num. 43. tenet posse Regularē in tali casu deduci ad

carcerem Episcopi, & sumpta informatione super delicto, dummodo sine mora si matur, remitti cum copia processus ad suum Superiori punitendum, cum præfinitione termini ad punitendum. Et hanc opinionem tenet etiam Naldus in sum. verb. Episcopus, n. 28. Barbosa de potest. Episo. part. 3. alleg. 105. num. 19. & Portel in addit. ad dubia Reg. ver. punitio Relig. extra Conventum, v. 17.

3. Sed in tali casu non posse Episcopum formare processum contra dictum Regis, solidè probat nouissimum Hieronymus Rodriguez in compend. Regul. resol. 62. num. 8. & responder ad argumenta contraria, & ad declarationes Cardinalium, quas Barbosa adducit, vnde non est recedendum ab hac sententia; & satis in hoc casu contra Portel, & alios potest Episcopus instare, & bene instare, certiore faciendo per suas literas Praelatum Regularis de notorietate delicti à Religioso ita commissi, vt nulla tergiversatione celari potuerit, ad quod non est necessarius processus juridicus ab Episcopo formatus, quin ipso jure nullus est ex defectu jurisdictionis.

## RESOL. XLVIII.

An Regulares includantur in prohibitione Episcopali, ne aliquis exercit, et sine Episcopi licentia, & cum certis conditionibus?

Et an vero Episcopus in ordine ad Clericos possit multas restrictiones apponere circa modum exorcizandi? Ex p. 3. tract. 2. Ref. 36.

§. 1. N egativè respondeo cum Laugentio de Portel in addit. ad dub. reg. ver. Exercitus, vbi sic ait: Si Episcopi in sua Diocesi prohibeant exorcizare absque expressa illorum licentia, talis constitutio solos Clericos ligat, non vero Religiosos exemptiones, qui alias iure communī non prohibentur, & ex ordine Ecclesiastico, Exorcistæ, & Sacerdotes id facere permittuntur. Ita ille.

2. An vero Episcopus in ordine ad Clericos possit multas restrictiones apponere circa modum exorcizandi? Negat Navar. tom. 1. lib. 1. conf. 6. de offic. ind. ordin. num. 5. & Vgolinius de offic. & potest. Episcop. cap. 47 num. 6. Sed tu vide Naldum verb. Damon. n. 9. Homobon. de exam. Eccles. p. 1. tract. 3. cap. 8. q. 73. & nostram Synodus Panormitanam Eminentissimi Cardinalis ab Auria part. 1. cap. 7. n. 15.

## RESOL. XLIX.

An Episcopus in Ecclesiis Regularium possit, ipsis invitis praedicare?

Et in dictis Ecclesiis Regularium, an possint Episcopi diuina Officia privati, & publicè audire, & ea etiam in Pontificib[us] ibidem celebrare, & solemniter populo ibidem benedicere, & Baldachino uti?

Et notatur, quod non possunt ea, que jurisdictionem dicunt, Exercere, ut Chrismar, Ordinare, Confirmare, Degravare, &c. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 109.

§. 1. A liqui dubitant, quia actus videtur honoris. Sed Peirin, in privileg. Minim. tom. 1. confit. 26. Leonis X. §. 24. n. 47. tenet, quod non, per doctrinam Cardinalis in Clem. Archiep. C. Si tamen, n. 2. & 3. quia exemptiones, & privilegiati non praediti sunt in suo privilegio, nisi quatenus exprimitur.

\* Nota